

C E N S U R A.

Ampliſſimam hanc Pharmaciaſem Antuerpienſem à præcipuis iuxta, ac peritiſſimis huius Urbis Medicis elaboratam, nihil quod fidei noſtræ infallibilitati præiudicet, nihil quod Regiâ Auctoritatem infringat, nihil denique quod morum integritatem offendant continentem vidi, ſed econtra præter communia iam longo Uſu comprobata, quædam emendata, multa adaucta, plurima antè hac numquam in publicum data, & omninò noua complectentem: neque odioſæ tamen, ſed ſalutares ſunt nouitates illæ, in quibus Prædeceſſores ſuos non omnem illis ſcientiam præripuiſſe demonſtrant, nam vt Seneca lib. 6. quæſt. natur. c. 5. Nulla res conſummata eſt dum incipit, in omni negotio longè ſemper à perfectione fuère principia. Luceat, itaque lux veſtra coram hominibus, quæ errorum tenebras non ſolum detegere potis eſt, ſed & diſcutere; & quem ex improbo labore ſudorem fortè liber imbibit, ſub prælo exſudet, vt veſtic clariuſ lucem aſpiciat Clariff. Virorum opus non ſolum communi bono vtiliſſimum, & Reipublicæ huic maximè neceſſarium, ſed ita omni numero abſolutum, vt illud non tam cenſurâ notandum, quam encomio celebrandum cenſeam, hac 20. Nouembris 1660.

C. VOOCHTS Archidiaconus
Eccleſiæ Cathedralis Antwerp.
S. T. L. & Librorum Cenſor.

Cum gratia & Priuilegia pro decem annis.

Subſignat

LE MIRE.



